
Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000
Kodak
LICENSED PRODUCT
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black




DOMINICI CAPRANI CI CARD. VITA AD CARD. PAPIEN. BAPTISTAE POGGII.





Cum multos nostra, et maiorum memoria
fuisse constet, qui maximis in rebus,
domi, forisq; summa etiam cum laude
sunt uersati, soleo plerunq; eorum (ut
ita dicam) infoelicitatem mecum ipse re-
putare, quod nulli, aut admodum pauci
sint inuenti, quorum uitam aliquibus literarum monu-
mentis illustrari contigerit; cum tamen plurimos doctrina,
et ingenio prestantes habuerimus, qui in eis hominib. re-
censendis ingenium exercere potuissent. Verum ij nescio
qua spe ducti aut illa antiqua repetere, aut haec tacere
maluerunt. Quod si illorum fuit iudicium non fuisse
ullos dignos, quorum merito literis mandari a doctis
uiris potuerit, ideoq; uel nullam, uel omnino paruam



preclaris ingenijs nostra tempestate aliquando iudicent?
uel multos prestanteis uiros meritis laudibus prosequatur, quorum preclarissime, amplissimeque acta uita ad hanc diem proprio honore fraudata, si celebrata à Scriptoribus fuisset, non omnino antiquis illis, quos tantopere admiramur, dissimileis domi, forisque crederemus.

Dominici maiores Capranica Campaniae nunc, Henricorum olim oppidulo orti sunt familia obscura, et nullis ad eam diem functis muneribus, quod ne Dominicus quidem postea Cardinalis factus dissimulauit, gloriari plerumque solitus, se nulla maiorum cōmendatione, non fauore Regum, aut Principum ad tantam dignitatem peruenisse. Quòd si plurimū in omnibus rebus fortuna dominetur, Romae etiam omneis uires effundat, illud tamen nemo negabit multo plus Dominico ad eam assequendam uirtutes suas, et doctrinā, quàm fortunam contulisse. Primus ex ea familia Nicolaus Dominici pater persuasionibus Columnensium, sub quorum ditione Capranica est, filios Romam traduxit, quos ex uxore Iacobella tulit, habitauitque ali-

quandiu

quentes effunderẽt His dictis omnium apprehen-
sa dextra amplexusq; omneis lachrymanteis di-
misit, nec multo post excessit è uita quinto die
postq; febris eum tenuisset xviiij Cal. Septẽbris
anno salutis nostræ. M. ID. LVIII. ætatis
uero suæ octauo et quinquagesimo Vir certè
sanctissimus & qui merito dignus crederetur ea
dignitatẽ quam tanto laborẽ defensã annos
ferme triginta summa cum laude tenuit Ela-
tus est maxima omnis generis hominũ frequen-
tia comitantẽ omni Ciuitatẽ, laudatusq;
publicè summa cũ astantium attentio-
ne. Funus insuper celebratũ sum-
ma omnium moestitia et in eius
sumptum pecunia ab ami-
cis collata illatusque
sepulchro quod ipse
sibi in Miner-
uæ templo
uiuens
FECERAT. FINIS.

ERRATA

Pagina iijª. Calligulae. lege. Caligulæ.

Pag. vi. Henricorum l. Hernicorum.

Pag. viii. Est autem ea tempestate is magistratus, qui in Romana Curia &c. l. Est autem is magistratus, qui ea tempestate in Ro. Curia.

Pag. xiij. Adminastrores. l. Administratores.

Pag. xiij



